Starzechowski et Trzebinskie Coniuges Roborant

208

Comparentes personaliter coram Officio actisque praesentibus Castren. Capitan. Premisliensis Gnosi Nicolaus de Starzechow et Starzechowski ab una, et Samuel Trzebinski atque Helena Orzechowska Coniuges parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus Districtualibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren. Capit. Premysliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam libere publice ac expressum recognoverunt, et quilibet illorum suo quo interesse seorsim recognovit, Quia ipsi et quidem Gnosa Trzebinska cum Mariti sui et tutoris coniugalis personali aspectu et ultroneo ad infracta recognitionis consensu sibi mutuo et vicissim una pars alteri, ac potentis utriusque partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Inscriptiones certam inter se Recognitas ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Inscriptione contentarum data actu et data illius Sabbatho post Dominicam Oculi quadragesimalem proxima, anno praesenti confectas et consignatas manibus suis Recognitas propriis

subscriptas

1494

ab utrinq[ue] subscriptis in omnibus et singulis eiusd[em]
Intercisae, Conditionibus, punctis, Clausulis, arti
culis, vadiis ac ligamentis firmiter tenere, complere
exequi ac inviolabiliter observare, omnibusq[ue] et singulis
eiusd[em] Intercisae contentis tam in parte quam in toto
toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam
ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem
Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto refe
rendo, Idq[ue] sub vadio Summae Octingentorum florenorum
polonicorum, per partem parti, cum Successoribus utriusq[ue] par
tis, ob non completionem contentorum Intercisae praefatae om
nium et singulorum quam in toto quam in parte, toties
quoties opus fuerit, ad solvend[um] succumbendo, Pro quo quid[em]
vadio modo praemisso ad solvend[um] Succubito ac re aliqua primitus
ex contentis Intercisae praefatae non completa complendaq[ue]
citata eand[em] memorata pars, una cum suis posteris praemis
sa non tenens ad Instantiam partis alterius praemissa te
nentis, sive eius Successorem ad Officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense ex tunc Recessu recessu, suprascripto
quo ad respondend[um] spectat mediante, semper in primo finis
Termino tanq[uam] peremptorio stare Iuri parere ideo vadium
praedictum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne
Iudicatum pati debebit et tenebitur seq[ue] ac suos Suc
cessores ad ead[em] omnia inscribit et obligat praesentibus, illud

Primum

primum Terminum peremptorium, et alios omnes exinde con sequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate, Successionem legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Tribunalem vel alijs quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis, non differendo ad Quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Praemislien Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Creasionibus suspensionibus, fatalijs Juris praescriptione Terrae bello Conventione ac alijs Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kruszelnicka Kruszelnickiemu ~~Debet~~ Cedit

200

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castren Capitan Praemisliensi Ollis Panka olim Nlis Michael olim Kruszelnicki Consors derelicta Vidua, sana mente et corpore existens a aeternis Districtibus Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus suis ac Bonis generaliter omnibus totaliter et plenarie inscribendo